Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



querite et inuenietis: pulsate et aperiet vobis: Omnis enim qui petit accipit: et qui querit inuenit: et pulsanti aperiet: Quis autem ex vobis petit panem: numquid lapidem dabit illi: Aut piscem numquid pro pisce serpentem dabit illi: Aut si petierit ouum: numquid porriget illi scorpionem: Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis pater vester de celo dabit spiritum bonum petentibus se Off. Confitebor domino meo in toto corde meo et in medio multorum laudabo eum qui astitit ad dexteram pauperis ut saluam faceret a persequentibus animam meam alla Sec. Et munera quesumus domine et vincula nostre prauitatis absoluant: et tue nobis miserationis dona conferant Com. Petite et accipietis querite et inuenietis pulsate et aperietur vobis omnis enim qui petit accipit et qui querit inuenit pulsanti aperietur alla Cop. Vota nostra quesumus domine pro fauore persequere: ut dum donis tuis in tribulatione percipimus de consolatione nostra in tuo amore crescamus. Post vesp. alleluia Deum laudate omnes angeli eius laudate et audiatur alla omnes gente vsque ad extremum terre liberauit dominus populum suum alla alla pis subiecit populos nobis et gentes sub pedibus nostris Oratio Deus qui omnipotens deus: ut nostre mentis intentio quo sollempnitatis venture gaudiis auctior nitescit semper intendat: et quo fide pergit eius sacramento pure letetur. Vnicuique vnum ad Ephesios Mat. Data est gratia secundum mensuram donationis christi quod dicit ascendens in altum: captiuam duxit captiuitatem dedit dona hominibus: Quod autem ascendit: quid est nisi quia descendit primum in inferiora terre: Qui descendit: ipse est et qui ascendit super omnes